

Sentences

A.(1) Note the person, number and tense of the following. 1st person present and meaning are given.

1. parabunt *paro I prepare*
2. navigant *navigo I sail*
3. errat *erro I wander*
4. superavit *supero I overcome*
5. pugnabam *pugno I fight*
6. amamus *amo I love*
7. oppugnabatis *oppugno I attack*

A.(2) Now translate these sentences into English.

1. Copias parabunt.
2. Ad Asiam navigant.
3. Late per Graeciam errat.
4. Tandem Troiam superavit.
5. Olim in Asia pugnabam.
6. Hodie patriam amamus.
7. Incolas oppugnabatis.

Vocabulary: copiae (plural) 1f, forces; ad (with accusative) to; late, far and wide; per (with accusative) through; tandem at last; olim, once upon a time, formerly, once; hodie, today; incola 1f, inhabitant

B. Note the person, number and tense of the following and translate into English

1. Habebitis *to have*
2. Viduerunt *to see*
3. Monent *to warn*
4. Taceo *to be silent*
5. Timebamus *to fear*
6. Seduit *to sit*
7. Tenebis *to hold*
8. Terrebant *to frighten*
9. Manet *to remain*
10. Respondui *to answer*

C. Note the person, number and tense of the following and translate into English

1. Rexerunt *to rule*
2. Ducam *to lead*
3. Agebamus *to do*
4. Dixit *to say*
5. Scripsi *to write*
6. Mittis *to send*
7. Servitis *to serve*
8. Dormiet *to sleep*
9. Aperimus *to open*
10. Adveniebas *to arrive*
11. Fugient *to flee*
12. Audivistis *to hear*

The Seven Kings of Rome

Regnabant inter Romanos Romulus, Numa Pompilius, Tullus Hostilius, Ancus Martius, Tarquinius Priscus, Servius Tullius, Tarquinius Superbus.

Romulus et Remus gemini erant. Romulus murum aedificat. Remus propter invidiam trans murum saltat. Romulus Remum necat et inter Romanos regnat.

Post Romulum Numa regnavit. Romulus propter militiam, Numa propter sapientiam famam comparavit.

Tullus Hostilius saepe contra finitimos pugnavit. Albanos superat et Albam Longam expugnat: postea cum Albania amicitiam confirmat.

Ancus Martius cum Latinis primo pugnabat, postea amicitiam confirmavit. Tarquinius Priscus Circum, Servius Tullius murum aedificavit.

Tandem Tarquinius Superbus inter Romanos regnavit: post Tarquinius Superbum nemo regnavit.

Vocabulary

propter (with accusative), on account of
invidia 1f, envy
saepe, often
aedifico (1), I build
postea, afterwards
Romanus 2m, a Roman
geminus 2m, twin-brother
erant, were, there were
murus 2m, a wall
trans (acc) over, across
salto (1) I jump
neco (1) I kill
post (acc) after
militia 1f, warfare
sapientia 1f, wisdom
finitimus 2m, neighbor
amicitia 1f, friendship
confirmo (1) I establish, strengthen
Circus 2m, Circus Maximus in Rome
nemo, no one
regno (1), I reign
inter (with accusative), among
et, and

Ulysses and the winds

Ulixes, ubi Graeci Troiam expugnaverunt et ad Graeciam reverterunt, cum comitibus ad insulam Aeoliam navigavit. Habitabat in insula Aeolus rex. Dei Aeolo imperium ventorum mandaverant. Diu cum rege Ulixes et comites manebant. Tandem, ubi discedebant, Aeolus Zephyrum emisit, reliquos autem ventos in sacco vinxit: saccum Ulixi dedit. 'Nisi saccum aperies,' inquit, 'Zephyrus ad Ithacam insulam navem ducet.' Ubi iam ad patriam veniebant et Ulixes, labore fessus, quod solus diu navem rexerat, dormiebat, multa clam comites disserebant. 'Aurum et argentum,' clamabant, 'in sacco Ulixes portat: regis munera inter comites non divisit: saccum aperiemus.' Itaque saccum aperuerunt et reliquos ventos emisierunt. Statim navis ad insulam Aeoliam revertit. Frustra tum Ulixes et comites a rege auxilium petiverunt. 'Inimicus est deorum Ulixes,' inquit; 'deorum inimicum non adiuvabimus.' Itaque magno dolore ad oram reverterunt. Ventus autem non iam ad patriam navem ducebat.

Vocabulary

comes (gen comitis) 3c, companion
ventus 2m, wind
maneo –ere, mansi, mansum (2), I remain
emitto –ere, emisi, emissum (3), I send forth
autem (second word), but, however, now
saccus 2m, bag
vincio -ire, vinxi, vinctum, (4), I bind
do, dare, dedi, datum (1), I give
aperio –ire, aperui, apertum (4), I open
navis (gen navis) 3f, ship
venio, ire, veni, ventum (4), I come
labor (gen laboris) 3m, work, toil
fessus –a –um, weary
dormio (4), I sleep
clam, secretly
aurum 2n, gold
argentum 2n, silver
auxilium 2n, help
inimicus 2m, enemy
inquit (defective verb), he says, he said
adiuvo –are, adiuvi, adiutum, I help
peto, -ere, petii, or petivi, petitum (3), I seek, I ask for
dolor –is, 3m, grief
rex (gen regis) 3m, king

Mucius Scaevola

Ubi Etrusci castra prope Romam collocaverunt. Gaius Mucius cum multis amicis contra Porsenam coniuravit. 'Castra Etruscorum,' clamat, 'intrabo: tyrannum necabo.' Castra, intrat, sed quoniam Porsenam ingorabat, scribam tyranny pro tyranno necavit. Ubi fugam temptavit, ministri Mucium reportaverunt. Porsena Mucium magna ira multis cum minis de consilio interrogavit. Mucium nec ira nec minae terruerunt: nihil de amicis nuntiavit. 'Si de amicis tacebis,' clamat tyrannus. 'flammis circumdabo.' In ara prope Porsenam flamma ardebat: Mucius dextrum in flamma diu tenebat. 'Nec minas,' respondet 'nec supplicium timet Romanus.' Placuit tyranno responsum. 'Puerum tam intrepidum,' clamat. 'non necabo sed liberabo.' Tum Mucius, 'Minis,' clamavit, 'animum non terruisti, beneficio superavisti. Antea nihil de consilio nuntiavi: iam nuntiabo. Cum multis amicis coniuravi: si Mucium necabis, Mucii amici singuli tyrannum oppugnabunt, tandem necabunt.' Movet Porsenam pueri Romani audacia: statim liberat. Mucium postea amici Scaevolam vocabant.

Vocabulary

multus –a –um, much, many
intro (1), I enter
quoniam, since
ignoro (1), I do not know
scriba 1m, secretary
fuga 1f, flight
tempto (1), I attempt
minister (gen ministry) 2m, attendant
magnus –a –um, great
ira 1f, anger
minae (pl) 1f, threats
de (with ablative), concerning
consilium 2n, plan
interrogo (1), I ask
terreo (2), I frighten
nihil, nothing
nuntio (1), I announce, give information
taceo (2), I am silent, say nothing
flamma 1f, flame
placeo (2), I please (dative)
circumdo (1), I surround
ara 1f, altar
ardeo (2) I burn (intransitive)
dextra 1f, right hand
teneo (2), I hold, keep
respondeo (2), I answer
supplicium 2n, punishment
timeo (2), I fear
responsum 2n, the answer
intrepidus –a –um, fearless
libero (1), I set free
beneficium 2n, kindness
antea, before
audacia 1f, boldness
statim, at once
moveo (2), I move
singuli –ae –a, one by one, singly